

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5310

Auteur(s) : Raoul de Boeleio, de Tourlaville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1256, février

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul de Boeleio, de Tourlaville, vend au chapitre pour neuf livres tournois une rente de cinq boisseaux setiers de froment, mesure du lieu, un pain et une poule qu'il doit sur une tenure à Tourlaville, ainsi que d'autres rentes, s'élevant à treize boisseaux de froment avec les regards. Ces rentes sont dues par des tenanciers de Tourlaville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 37, p. 141-142.

Dissertation critique

(v. st.)

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego, Radulphus de Boeleio, de Torlavilla, vendidi et concessi finaliter capitulo Constantiensi quinque bussellos frumenti sexterios ad mensuram de Torlavile et unum panem et unam galinam ad Natale, annui redditus, quem redditum eidem capitulo assignavi super totum tenementum meum de Torlavile quod tenetur de eodem capitulo, tam in masura quam extra ; necnon et omnes redditus cum homagiis et pertinenciis, quos de tenementis suis de Torlavile inferius nominatis sitis in parrochia de Torlavile michi debebant et reddebant annuatim, scilicet Radulphus Grosparmy quatuor busellos frumenti sexterios ad mensuram de Torlavile ad festum sancti Michaelis et unum panem de denario et unam gallinam ad Natale de una virgata terre, vel circiter, sita subtus fontem de Soil ; et Bartholomeus Tuebeuf quinque busellos frumenti ad eandem mensuram et unum panem et unam gallinam similiter de duabus virgatis et dimidia terre, vel circiter, de feodo Bolart sitis super Grossum Fossatum ; et Symon Bolart unum bussellum frumenti ad eandem mensuram et unum panem et unam gallinam similiter de una virgata terre vel circiter sita apud Lupifossam inter terras dicti Symonis ; et Michael le Caretier tres bussellos frumenti ad dictam mensuram et unum panem et unam gallinam similiter de una virgata terre sita ad Bequetum de Haia. Percipiendum et habendum et reddendum in perpetuum decetero annuatim predicto capitulo suisque successoribus libere, pacifice et omnino quiete, scilicet predictos quinque bussellos frumenti in tenemento meo sibi assignatos ad festum sancti Michaelis et panem et gallinam per manum mei et heredum meorum, et alias redditus supradictos cum homagiis et pertinenciis per manus dictorum hominum et heredum suorum, ita quod dicti capitulum suique successores et procuratores poterunt suam plenariam justiciam facere sine contradictione alicujus in toto tenemento meo predicto et in omnibus aliis tenementis predictis pro redditibus et pertinenciis supradictis. Pro hac autem venditione et concessione predicta dedit michi dictum capitulum novem

libras tur. et persolvit ; et ego et heredes mei tenemur sibi in perpetuum hec predicta omnia garantizare et deliberare contra omnes et acquictare vel alibi in proprio hereditagio nostro valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus ; et hec omnia juravi supra sacrosancta evangelia me fideliter servaturum et quod decetero contra non veniam ullo modo. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi et sigillum curie Constantiensis ad majorem certitudinem et noticiam sigilli mei unacum eodem apponi procuravi. Actum anno gratie M° CC° quinquagesimo sexto, mense februario.